Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



89

testari & iurare. quia non nouisset homi
ne. Et continuo gallus cantauit. Et recor
datus est petrus uerbi ihu quod dixerat pus
quam gallus cantet ter me negabis. & egres
sus foras fleuit amare. Mane autem facto consi
lium inierunt omnes principes sacerdotum
& seniores populi aduersus ihm. ut eum mor
ti traderent. Et uinctum adduxerunt
eum. & tradiderunt pontio pylato presidi
Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod
dampnatus esset. penitencia ductus retu
lit triginta argenteos principibus sacerdo
tum & senioribus dicens. Peccaui tradens san
guinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad
nos. Tu uideris. Et proiectis argenteis in
templo recessit. & abiens laqueo se sus
pendit. Principes autem sacerdotum acceptis
argenteis dixerunt. Non licet mittere
eos in corbanan. quia pretium sanguinis
est. Consilio autem inito. emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc